

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Taedis Auspicatissimis Viri ... Dn. Johannis Schultzen/ I.U. Doctorandi, Sponsi,  
Cum ... Catharina Dörckes/ Viri ... Dn. Hermanni Dörckes/ Civis, suo tempore,  
apud Gustrovienses, primarii relictæ Vidua, Sponsa: 3. Iulii, currentis Anni 1655.  
honorifice celebrandis**

Rostochii: Kilius, 1655

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774763353>

Druck    Freier  Zugang



TÆDIS AUSPICATISSIMIS  
VIRI  
Clarissimi & Doctissimi,  
**DN. JOHANNIS**  
Schultgen/J.U.Doctorandi,  
SPONSI,

Cum  
Lectissima, Pudicissimaq; Fæmina;  
**CATHARINA Dörches/**

VIRI, Qvondam  
Spectatissimi, ac Integerrimi,  
**DN. HERMANNI Dörches/Civis,**  
suo tempore, apud GUSTROVIENSES,  
primarii, relictæ Vidua,  
SPONSA:

3. Julii, currentis Anni 1655. GUSTROVII  
honorificè celebrandis

Gratulantur

Fautores ac Amici Gustrovienses.

• 6(0) •



**ROSTOCHII,**  
Typis Heredum NICOLAI KILLI, Acad. Typ.

LEDES AUSPIGATISSIMIS

DN. IOHANNIS

Geſchiliduſſi. I. II. Dogſoſtundē

Spanser

CATHARINA Œufliſſe

DN. HERMANNI. Gruſſe

Geſchiliduſſi. II. Dogſoſtundē

STOKE: CATHARINA


Geſchiliduſſi. III. Dogſoſtundē

Leutolice en Alteſt Gruſſoſtundē

Geſchiliduſſi. IV. Dogſoſtundē

ZOTOCHEI

Geſchiliduſſi. V. Dogſoſtundē



**S**iccine connubio stabili Sponsam  
Tibi jungis?  
Et cupidus gestis fœdus inire toris?  
Grator opus cœptum, votisq; ar-  
dentibus oro;

**M**erit tribuat tædis prospera qvæq; DEUS.

*Gratulationis & honoris ergo*

*L. Mg. f.*

Hermannus Hartman,

P. Cathedr.

**VIRO** Clarissimo

**DN. JOHANNI SCHULTZIO,**  
J. II. Doctorando, SPONSO.

**D**octe Vir, & Nomici pars non ingloria cœtus,  
Qui virtute vales, ingeniiq; bonis.

Nunc tibi gratandum dupli de munere Mitræ,  
Et Marthæ. Mitram conferet alma Themis.

Instar erit Marthæ conjux **CATHARINA**,  
regenda

Cui commissa siet sedula cura domus.

Ergo

A 2

Ergò precor, geminum DEUS ut fortunet honorem,  
Ac titulum Ethalamum prosperitate beet.

Votivæ gratul. E.  
scrib.

M. Zacharias Schröder Eccl.  
Paroch. Pastor.

Ad Clarissimum Virum,  
**DN. JOHANNEM SCHULTZIUM,**  
J. I. Doctorandum. SPONSUM.

**E**Rexit geminum Gens olim Romula Fanum.  
*Virtutis fuit hoc, illud honoris erat.*  
Virtutis primum nos templa LABORE subimus,  
Qvo sine nullushonos, nec datur ulla daphne.  
Sudorem posuere Dii SPLENDORIS ad ar-  
cem.

Alterius sibi res altera poscit opem,  
Hoc imitatus adest VIR callentissimus æqui  
SCHULTZIUS, egregiis progeneratus Avis,  
Non illum labor Herculeus tardavit euntem,  
Nec cursus cæptos est remorata qvies.  
Impiger in studiis, pendens & ab ore docentum,  
Qvam varias mundi sensit ubiq; minas?  
Nunc scripti Patres JURIS frontemq; Tiarâ  
Implicuisse parant, chrysolitoq; manum.

Ec

Et meritò. Qvis enim, si publica præmia cesserent,  
Appetat auratæ nobile vellus ovis?  
Nec satis hoc. Themis ipsa piam qvoq; jungit  
Adamin.

Conjuge nil fidâ gratius esse potest.  
Sic labor, & virtus digno pensantur honore.  
Floret in illustri SCHULTZIUS æde Dices.  
Vivite concordes animæ, dum vivere fas est,  
Vivite, dum fulgent sidera celsa poli!

*Ex pio affectu m.*

Stephanus Hane, Ecclesiastes  
Cathedral. Gustrov.

QVam sit grata Deo, quam sit res conjonajuri  
Tutela egentis orphani,  
Doctis ostendis thesibus, quævis nuper honores  
In fure summos postulas,  
Nec frustra! at qualem, meritò decet esse, tenelli  
Curam pupilli qui gerit,  
Nunc ipsum talem te præstes, Sponse, pupillis,  
Fidei tua quos credidit  
Cura Dei, viduam quando tibi jungit amatam,  
Matrem tenellæ iobolis.

A 3

Remq;

Remq; Deo gratam facies benedictio ejus  
Vestrum beat connubium.

Amicitiae ergo, cum voto prosperitatis omnigenae  
Imq; addebam

Joh. Franciscus Clau sing ad  
Paroch. ib. minister.

**Q**Vis Tibi Conjugium svalit, Doctissime,  
**SCHULTZI?**

Haut dubiō summi Vox veneranda DEI,  
Vincula Connubii Nobis Mortalibus arcta

Qui sine consilio, nec sine Lege dedit;  
Scilicet ut Conjux unā cum Conjuge vivat,  
Fœcundoq; Hominum crescat amore genus,  
Colligat unde sibi Sancti DEUS agmina cœtūs,  
Quæ celebrent toto Nomen in Orbe DEI;  
Nec vagus erret amor, pravæq; libidinis æstu  
Pectora lascivi vulnus amoris alant,  
Gratulor ergo Tibi, SCHULTZI, de foedere  
Lecti,  
Gratulor, ac animō prospera quæq; precor.

**Heimradus Grape, Eccles.**

Gustrov. ad Sp. S.

Ergone

**E**rgone sic par est, longè Clarissime SCHULTZ,  
Conjugium Themidi promittere, postmodò pul-  
cram

Associare sibi Venerem, thalamumq; subire?  
Sic, inquam, fas est? Omnipotens est. Utraq; Diva  
Uno non agrè vivit contenta Marito.

Quid? quod dignum hac laude Virum Themis alma  
Venusq;

Uno sèpè die socio sibi fædere jungunt.

Te distincta juvat solcunia festa parare.

Nunc celebras Veneri. Prost! Venus illa subinde

Autor erit, castam satagas nunc porrò Themistem

Intimore Tibi quamprimum jungere vinclo:

Hanc solam Tibi se prater concedit Amicam!

Congratulabat

Andreas Meßmacher / Sch:  
Gustrov. Rector.

\*\*\*\*\*  
**N**on facies generosa, genus neq; stirpe super-  
bum.

Sollicitat verum, qui cluit arte, virum;  
Mundum sed casto corpus cum pectore svadens  
Mandatum pangit iura sacrata tori.  
Hoc formam, genus, hoc sociali fædere junctam  
Conciliat, pessum nec sinit ire virum.

Forma,

Forma, genus, nummi, speciosa potentia mundi  
Omnis cum Domino statq; caditq; suo:  
Vox Divina, semel sedit si sensibus imis,  
Concidit in nulla morte, timore, cruce.  
Hanc seqveris justum faciendo, sacrate SACER-  
DOS

Eunomiæ, jubeat qvod DEUS esse ratum!  
Macte ausis, Juvenis legum studiose bonarum,  
Cui merito fertum præparat alma Themis,  
Copula sit felix, thalamus sit fertilis, omni,  
Floreat & consors prosperitate domus!

F.

Blasius Grabius, Mulhus. Thur.  
Sch. Gustr. p.t. ConR.

---

Ad CORNELIUM de Sponso nostro cla-  
rissimo die CORNELI nuptias celebranti.

Solvere qui debet, nec habet qvod solvere possit  
Corneli totum se duit ille tibi:  
Noster qvod debet Neonymphus solvere, solvet  
Te sine, cùm totum se dabit ille sue.  
Sic cui contingit sua solvere debita, felix!  
Felix solvuntur debita cùi sua sic!

Pauca hæc, alludens ad Dn. Sponsi  
cognomen posuit

Joachimus Geist, Cantor.

Signa

**S**igna rotat Mavors homicida, acuitq; bipenes,

Et Bellona novas spirat ubiq; minas. (mas  
Terra gemit, pontusq; fremit, caratantara tur-

Concitat, atq; viros tympana rauca cident.

Livore dax alios, alios male svada Libido,

Et populator opum Luxus ad arma vocat.  
Ardor honestus agit paucos, vesania plures,

Cumq; fame lucri splendida pauperies.

De meliore luto tibi sunt præcordia ficta

SCHULTZI, te pereat judice Martis opus.

Bella paras Veneris Veneri, Venus urit & ungit,

Saucia Victorem vincit Amica suum.

T tormentum hic nullum, jaculum nullum, æra  
nec ulla,

Non rhomphæa minax, vulnera nulla necis,

Blanda Venus Labris certat blandisq; susurris,

Basia & amplexus datq; rapitq; novos!

Hic Rhodus, hic salta, labor hic tibi proderit  
olim,

Urge opus, invenies omnia prona tibi.

Digna magis Veneri, quam sunt tua prælia Marti,

Enumerent alii vulnera, Tute jocos.

Pro sint hæc, NEONYMPHE colende, jugalia  
bella,

Et tibi quotidiie gaudia mille ferant!

*Fridericus Witmann / Sub Correct.*

B

*Adamo*

**A**DAMO quaris Sponsam qvinam dedit Evam?  
Aut or conjugii scilicet ipse Deus.

Hanc tibi sic Nympham quoq; donat Rector olympi.

Qua te p̄e cunctis gaudet habere virum;  
Qua pia sed non impia, qua nigra, sed pigra non est,  
Qua te latifacet, SPONSE DISERTE,  
cano.

Hanc igitur castam p̄e cunctis dilige costam,  
Oscula da, ac ejus bella labella preme;  
Tunc Te perdoctum redamabit, Fœmina Nym-  
phum,

Ac erit in thalamo paxq; perennis amor.  
Propterea grator vobis nunc pectore Sponsis,  
Gratulor Ego iadis prospera fata sacris:  
Ut Salomonis opes vobis det Ibova supremus,  
Det Deus Ego vobis pignora blanda tori,  
Apprecio ut quoq; Nestoreos vivatis in annos  
Et bene sit vobis tempus in omne precor.  
Nunc his, qua vovi Neonymphis, annue Jesu,  
Ac præsta ut voto sint meliora, sat est.

Cratulabundus  
addidit

Melchior Dorn, Scholæ  
Gustrov. Collega.

Causa

**C**AUSA mihi duplex, Tibi cur per carmina  
grater,

Prima est, ô SCHULTZI, qvod respondere pa-  
ratus (dræ

Ad doctas in JURE THESES de ponte Cathe-

Præmia DOCTURÆ nuper cum laude tulisti.

Altera qvod SPONSUS vociteris, utrumq;  
meretur

Applausum. Tibi prosit Honos, & Tæda jugalis.

Candida perpetuo socium Concordia lectum

Circumeat, largaq; manu divina Pronæa

Suggerat è Cœlis, qvæ vitæ postulat usus!

*Sic in Honorem geminum Dn. JOHAN. Schulzen/  
g. il. Doctorandi, olim Condicipuli, nunc Ami-  
ci sui suspiciendi vovet*

**Georg Christian HolzApffel**  
Mogunt. Sch. Gustr. Collega.



### ECHO NUPTIALIS.

**C**Onjugii secum reputans sacra fœdera casti

Sponsus Musarum qui sacra castra colit;

Quem decorant clari tituli, quem nomina docta!

Quiq; brevi Themidos præmia digna feret;

*Quæ*

Qua silvis vivit, resonantem carmina Nympham,  
Postulat eis verbis dulcibus alloquitur:  
Antris qua gaudes mihi dic resonabilis ECHO,  
Dic modò qua paucis te rogitabo : E Dabo.  
Quanam nupta meas flamas sedare valebit?  
An tandem Sponsum me fore reris? E Eris.  
Optima conjugij sanxit qui fœdera tandem  
Nunc mihi Jova dabit pignora grata? E Rata  
Iis nobis donet vita qua postulat usus:  
Sit mihi Sponsa precor dulce levamen! E Amen.

Ita ἐλεψύχως precatur novis  
nuptis

Samuel Schüs.



Geschnitten

**Λ** Αρπέσον ἄειδε Θεά ζεύς πάμον πόλιν ἄγα  
Οὐτινας μακρες γε τερόντα δαφνήν Δασίην  
Οἰδαρέμφ επίμων δὲ λελήθειν, νυνὶ γυναι  
Γνώριμον σὺ τῷ ἀρετη ποιεῖς δέδαιμον  
Πάνετες οἱ Μεγάλη αειδεῖς αἴθετο φαλον ὑμι  
Μόι γι, τερεζίας διδόναις φέρεται δέκαρ  
Τῷ ναϊοντι θεῶν σὺ ἐλύμπιον ὑψει λαμπε  
Σύν, τε τύχη ταλάμις αἰαδη ἀρξαμε  
Μνησεύοντα ἀμα μνηστιν, ἀεὶ δὲ παρέστα  
Αὐτὸς πάντος διδός ὑπεριν ωντεύεται εχην

Lantz Vied  
zwischen denen adle  
**Herrn Bräutigam und Fr**

I. Satz.

**E**r Wo bleibt mein Augen-Licht?  
Die süsse Liebes-Pflicht  
**S**ie Siehe wie bereit Sie siehet  
Mit dir gehet!  
**B**eyde So schimmere und wimmert ih  
Nu werche verbleiche du  
Stil siehet ihr Lich  
Ihr Himmels-Ge  
Wir wollen erreichen die Zeichen  
Für Schmerze die Kerzen an-zü

2. Satz

**E**r Wo Schönste / Gleuchstu hin  
Betrübe wird siehn mein  
**S**ie Liebster Sie ihr Herz ergie  
Den Sie liebet!

013

Serial No.

Image Engineering Scan Reference Chart TEZ63

Patch Reference numbers on UTT



Weyde